

**Disputatio inauguralis medica de catarrho suffocativo laborante ... /
[Christian Friedrich Schumann].**

Contributors

Schumann, Christian Friedrich, 1659-
Wedel, Georg Wolfgang, 1645-1721.
Universität Jena.

Publication/Creation

Jenae : Literis Krebsianis, [1686]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/hvxvrbut>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

I. N. I.

DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA
DeCATARRHO
SUFFOCATIVO

LABORANTE,

Jussu & autoritate Illustris Facultatis Me-
dicæ in florentissimâ Salanâ,

PRÆSIDE

GEORGIO VVOLFF-
GANGO VVEDELIO,Med. D. Consiliario & Archiatro Duc. Saxon. Theoretices
Professore Publ. & Acad. Nat. Curios. Adjuncto, h. t. Facultatis
Medicæ Decano, & Academiæ Rectore Designato,*Patrono & Præceptore suo colendissimo,*

PRO LICENTIA,

Summos in arte Medicâ Honores, Privilegia & Insignia,
MORE MAJORUM, solenniter impetrandi,*publica disquisitioni subiecta*

IN AUDITORIO MAJORI,

horis ante- & post-meridianis,

CHRISTIANO FRIDERICO SCHUMANNO;

Gleinâ Thuringo,

Ad d. Jul. MDC. LXXXVI.

JENÆ, LITERIS KREBSIANIS.

21



PROOEMIUM.

Difficillimum moriendi genus est suffocatio, quâ spiritali aereâque machinæ, adeoque & hydraulicæ vitali intentatur pausa fatalis; sive extrinsecus constringantur emissaria spiritus, sive citra illam violentiam angiportus faucium stricturam sentiat; sive in ipsis spongiosis tubulis aëreis viæ præcludantur.

Frequentissimum verò morborum genus catarrhi constituunt, quamvis olim magis ab hoc vel illo fonte, quàm proximioribus vasis lymphaticis & glandulis derivati. Sunt hi non rarò ferini, acres, falsi, si saltim delibemus pectori infestos, sunt suffocativi.

Perinde fuerit, an defluxiones, an effluxiones nominaveris, non nisi lymphæ debentur eccentricæ: nunquam magis timendi, quam ubi vitalibus imminet hoc diluvium, ubi catarrhus suffocativus arcem microcosmi quatit.

Dignus eo nomine judicatus à nobis fuit affectus, qui loco Inauguralis speciminis ventiletur, quod dum agredimur, divinum exoramus numen, ut faustiter omnia cedant!

HISTORIA.

Iuvenis XX annorum, habitus corporis rarioris, Temperamenti langvineo-phlegmatici, cum æ-

stivo tempore attentius studiis navasset operam, vitâ sedentariâ, nocturnis vigiliis & potu largiori delectatus, quibus singulis ferendis corpus paulo impar suppetit, unde & non rarò dolores gravativi ventriculi post largiorem paulò pastum se exeruerent, lentit tumorem tonsillarum; Nocte sequente corripitur respiratione difficili, cum ronchis, anxietate & suffocationis metu, ut decumbere nequeat citra præsentaneum periculum, nedum dormire; Pulsus celerius micat, cum aliquali calore, & mentis quâdam turbatione, alvus non respondet. Petit Consilium.

RESOLUTIO.

Affectus, quo præsens detinetur æger, CATARRHUS SUFFOCATIVUS est, quem è symptomatum numero, & quidem potissimum motûs ac excretorum esse, meritò asseritur. Si violentiam ejus spectes, satis periculosus & acutus est, mortemq; haud rarò minatur.

Hunc ipsum in ægro nostro adesse, in Historiâ commemorata signa demonstrant. & quidem 1. ESSENTIALITER INHÆRENTIA seu Pathognomonica, quæ sunt respiratio difficilis, ronchi, maxima anxietas, adeò ut metus suffocationis adsit.

2. ESSENTIALITER CONSEQUENTIA, ut in actionibus læsis *facultatis animalis*, dum decumbere non potest, citra præsentaneum periculum, atque adest mentis quâdam perturbatio. In *Vitali* pulsus celerius micat, cum aliquali calore. In *naturali* alvus in ægroto nostro est adstricta.

3. CAUSAS prægressas si attendimus, idem longè magis

gis confirmatur, errores enim enormes in diætâ cum commiserit æger, & attentius studiis navarit operam, nocturnisque vigiliis, & potu largiori delectatus fuerit, occasionem huic malo abundè dedit.

4. Idem à SIMILITUDINE colligimus. Neminem enim latebit, tali respiratione difficili & suffocationis metu correptos, communiter, omnium consensu, non à medicis solum, sed vulgo quoque pro catarrho suffocativo laborantibus, haberi.

SUBJECTUM PRINCIPALE sine dubio sunt pulmones, quos primariò in nostro ægro accusandos esse, ex eorum actione læsâ videre est. Nam respirationem aliàs dispensant, sanguinem attenuant, circulationem promonent, & plurimos alios utilissimos & necessarios in corpore producant effectus; Hic verò omnia contrario modo se habent.

SUBJECTUM ADÆQUATUM statuimus cor, quia pulmonum motu impedito, circulatio sanguinis etiam læditur, & vice versâ.

CAUSA IMMEDIATA est obstructio pororum spiritalium à *degeus* intentata. Hâc enim positâ, statim præstò est affectus; unde & in hoc cum apoplexiâ communicat. Quicquid enim apoplexia in cerebro, id catarrhus suffocativus in pulmonibus efficit, dum in cavernulis & poris spongiosis pulmonum obstructio deprehenditur.

CAUSÆ MEDIATÆ PROXIMIORIS vicem sustinent, quæcunque poros hos obstruere, ac motum sufflaminare, seu suffocationem inferre apta sunt, quoad *essentiam* nimirum humores, sanguis & serum. Ille hoc loco secundariò & adæquatè seu mediatè potius, hoc primariò & immediate: quatenus non debito modo, prout naturæ ordo exigebat, circulantur. Quoad *modum* verò *essendi* peccant quantitate, qualitate, & cum primis motu.

Peccat serum in nostro ægroto *quantitate*: quatenus in glandulis faucium & successivis aliis, ipsisque pulmoni-

bus abundat, naturam gravat, spatiumque vesicularum pulmonalium debitum nimis replet.

Peccat *qualitate*, cum dicti humores crassi, viscosi, lenti & ad rarefactionem inepti stagnare in pulmonibus incipiant, ac, quò minus libera respiratio exerceri possit, impediant.

Peccat demum causa morbifica in affectu nostro potissimum *motu locali*, siquidem unanimiter ab autoribus circulatio sanguinis & feri in pulmonibus impedita accusatur. Nullibi viæ magis liberæ in corpore requiruntur, quàm pro aëris itu & reditu. Quando ergò vel ab extra, quod in nostro casu potissimum obtinet, refluva lymphæ à tramite suo aberrat, non recipitur vel vehitur suis alveis, sed exundat & in cavitates pulmonum illabitur, spissescit, adhæret, ibique subsistit; vel ab intra quoque proruit & coagulum subit humor, qui attenuatus cum aëre efferri gestiebat, malum præstò est.

Via, per quas materia morbifica ad pulmones abit, sunt partim vasa, partim pori. Vasa huc decurrunt lymphatica plurima, asperam arteriam omnemque spiritalium viarum ambitum insigniter coronantia. Ubivis glandulæ eadem dispensant, ubivis minutulis poris lymphæ tranat, quod & in statu naturali observabile est, lymphæ superflua continuo diffundenda per pulmonem, & longè magis in præternaturali hoc. Quando verò sub halitus atomis dissipari renuit, copiosius ingruit, instar glutinis viscosi densatur, expansionem & constrictionem elasticam pulmonum turbare necessum est.

Si secundum *Chimicorum* principia affectum nostrum examinemus, commodè sal multo sero resolutum indeque inordinationes pariens accusari poterit.

EX CAUSIS MEDIATIS REMOTIORIBUS NATURALIBUS eminet TEMPERAMENTUM, quod in ægro nostro sanguineo-phlegmaticum est. Arguit hoc, particulas sulphureas oleosas balsami-

balsamicas à lymphâ aliquo modo subjugatas esse, unde facilius huic malo dedit originem.

Memorandus etiam est **HABITUS CORPORIS** rarior, qui fibrâs & glandulas texturâ debiliori gaudere innuit, unde exorbitantias humorum facilius expectare oportet. Tacemus **ÆTATEM** & **TEMPUS ANNI**, tanquam minoris momenti.

EX REBUS NON NATURALIBUS, quarum vulgo sex numerantur, multum huic malo addidit **AER** nocturnus, densior tunc & frigidior, per vasa pneumonica attractus, sanguinique communicatus, cum præcipuè poros occlusit, unde, quod per insensibilem transpirationem aliàs excludi debebat, in humorem spissum convertit.

Cumque ægrotus noster largiori quàm par erat, **POTU** delectatus fuerit, non tantum fermentum ventriculi depravatum fuit, indeque cruditates in massam sanguineam redundarunt, quæ ad affectum nostrum non parum conferre potuerunt; verum etiam exsuperantia feri multum sic promota & adaucta fuit.

QUIES & **MOTUS** quantum ad dispensandam circulationem humorum valeat, vix dici potest. Hinc cum **Juvenis** noster attentius studiis navarit operam, vitæque sedentariâ gavissus fuerit, humores non rite circulati & *saon* passi, ac incrassati, totum corpus heterogeneis particulis inquinaverunt, quæ proximam huic affectui materiam suggererunt.

Nec **SOMNI** ac **VIGILIARUM** debita ratio hinc fuisse habita, unde nocturnis illis vigiliis non parum spiritus animales absumpti ac debilitati fuere, ut nullum viscus suum rectè obire potuerit officium; inde itidem cruditates ortæ, quæ corpus ad catarrhum suffocativum disponere potuerunt.

EX PRÆTERNATURALIUM statu laudare possumus ventriculi *atrovius*, cum non raro dolores gravativi ventriculi post largiorem pastum se exeruerint. Utut enim id

ex improportione cibi derivari possit ; notat tamen omnino ventriculum in nostro agro quoque laborare, calorem depauperatum, fermentum minus vegetum fibrasque laxiores esse, unde vitium primæ coctionis luculenta initia vitioso fero dedit.

Inprimis verò accusandus præcedens *tumor tonsillarum*, fatis innuens *σύνω*, coagulationem & circulationem feri impeditam, neque enim tumores hujuscemodi aliunde derivandi commodius.

Cognito morbo, breviter quoque symptomatum rationem examinabimus, quæ supra signorum vicem sustinuerunt.

1. *Respiratio difficilis est*, ob obstructionem & angustationem bronchiorum pulmonum, seu pororum spiritalium *ἀπὸ* intentatam, quæ patula esse debent, ut concidere & dilatari reciprocè queant.

2. *Ronchi* conquaſſationem aëris cum strepero humore, qui nec præ coagulo exhalare, nec ob disjunctionem expectorari potest, in meatibus spiritalibus notant.

3. *Anxietas & suffocationis metus*, ob circulationem sanguinis pnevmonicam impeditam & pulmonum motum non integrum, accidunt.

4. *Decumbere nequit citra præsentaneum periculum*, quoniam decumbendo motus diaphragmatis propter revoluta paulò intestina non tam facilè libratur, indeque pulmones magis comprimuntur, & cum vasis suis coarctantur. Id cum in statu naturali indifferens sit, facilè patet, quantum expansionis hæc libertas inferat.

5. *Nedum dormire*; non tam quia in somno spiritus quiescunt, & humores magis coagulantur, quàm quod exterminium sui veritus archæus quietem capeſſere renuit.

6. *Pulsus celerius micat cum aliquali calore*, ob usum insigniter auctum, efferatos spiritus vitales, & fermentum peregrinum concipientem sanguinem.

7. *Mentis quedam perturbatio* notat spiritus animales in regiâ cerebri sede aliquo modo esse turbatos, consensu facto per nervos.

PROGNOSIN SALUTIS & MORTIS quod attinet, catarrhus suffocativus satis periculofus vitæq; insidiari censetur non immeritò, cum pars principalis, cujus maxima est necessitas, sit affecta; quid enim mori si hoc non est? Si suffocationem dixeris, præsentissimam mortem dixeris. Versatur ergò in discrimine non levi æger, neq; tamen pro deposito habendus, multò minus deferendus est. Cum enim juvenis sit, & ab erroribus diætæ ægritudo ortum duxerit, naturæ robore constante, abiturum illum brevi, nec post se alia graviora tracturum, Deo annuente, speramus.

LONGITUDO & BREVITAS determinari quidem certò nequit; Cum tamen affectus noster acutorum æmuletur naturam, brevem fore putamus, modò curatio secundum methodum medendi rite instituatur.

EVENTUS MODUM quod concernit, salutiferum eum fore conjicimus, sanguinis & feri in pulmonibus motu pacatiori ad leges naturæ reddito, rejectâ per ἀνωτάτην lymphâ coagulâtâ & extravasâtâ, reliquâ verò correctâ; Unde & circulatio promovebitur & respiratio liberior red-detur.

CURATIO absolvitur METHODO MEDENDI, & inde erutis indicationibus, cum materiis præsidiorum.

INDICATIO CURATORIA præsentem paroxysmum eliminare & suffocationem intentatam auferre studet, excusso è bronchiis peregrino humore & coagulo obstruente. PRÆSERVATORIA extra paroxysmum locum habet, removendo causas, tum proximas, tum remotiores. VITALIS vires oppressas ac deperditas roborare satagit. Satisfiet hisce indicationibus ex tribus fontibus usitatis, ita tamen, ut, quæ in paroxysmo, quæ extra eum in usum vocanda, seligantur.

E FONTE CHIRURGICO revulsionis causâ magno usui erit in præsentî casu **VENÆ SECTIO**, tum in paroxysmo, tum extra eundem instituta. Hæc sæpe præsentaneum est remedium liberioris respirationis, quoniam sanguinem in pulmonibus coacervatum imminuit. Institui verò commodè potest in pede, ad majorem revulsionem, educendo sanguinem ad uncias tres vel quatuor.

CUCURBITULÆ tum **SICCÆ**, tum **SCARIFICATÆ** in ægro nostro locum quoque inveniunt, dorso, brachiis & cruribus applicandæ, ut revellatur lymphæ, cumq; eâ archeus, liberatis bronchiis pulmonum obsessis.

FRICTIONES, pannis asperis institutæ, huc referri debent, ad dilatandos meatus, & commodiorem transpirationem promovendam. Singula enim illa in ordinem vocant lympham eccentricam, eamque reddunt fluxilem, torpore excusso morbofo.

VESICATORIA etiam, & **FONTICULI** optima hîc erunt præsidia, ad circulationem lymphæ promovendam, & humores noxios è corpore eliminandos. Illa quidem in præsens, sunt enim activiora; hi verò in futurum, si eo videatur opus in posterum. Applicari vesicatorium emplastrum potest nuchæ, & brachiis, non tam quod à capite deplui sint catarrhi, quàm quod universali motu correcto discant fluere ordinatius humores, nec in pulmones divertere longius.

Ex FONTE PHARMACEUTICO peti possunt **LENIENTIA**, ut alvus adstricta moneatur sui officii, unaque fiat quædam diversio, & naturæ excitatio. Eo fine dari possunt *pil. aloetica fennata*, vel *scammoniata*, **MP.** *¶ ear. pil. splenet. Sylvii*, *species diasena*, ut clysteres leniores non memoremus.

PRÆPARANTIA & incidendo & alterando ad meliorem educationem humores aptabunt. Propriè dicta verò cum coincidunt cum specificis alterantibus, nec moram

ram patiatur affectus, in iis latius recensendis non occupabimur.

Rx. *cryst. ſri, ſri Colat. ā. ʒß.*
rad. ari ppt. g. v. ʃ cinnam. gt. j.
M. F. l. a. pulv. D. ad chart. S.
 Lindpulver auff einmahl.

Optimè convenient PURGANTIA, non ſolùm ad educendos è corpore ſuperfluos & peccantes humores, ſine quorum remotione vitium eorundem reliquum in capeſſendo coagulo vix feliciter tolli poteſt, ſed & ad revulſionem, ad excitandum archeum juxta ac liberandum. Præſens verò docebit ſtatus, utrum hæc præponenda an poſtponenda, quæ item eligenda pro virium & indicantium modulo; v. g.

Rx. *gialap. nigr. reſinoſ. ʒj. reſin. ſcammon. gr. iij.*
ʃ anis. gtt. j. ʃ diaph. gr. iv.
M. F. pulvis D. ad chart. S.
 Purgier-Pülverlein auff 1 mahl.

Rx. *elect. diacarth. ʒij. extr. agar. ʒß.*
reſin. ſcamm. g. vj. ſacch. q. ſ. M. F. l. a. bolus. S.
 Purgier-Biſſen auff 1 mahl.

Rx. *pil. ſplenet. Sylv. n. iij. D. in pyx. S.*
 Laxierpillen uff 1 mal.

Clyſteres quoq; in caſu noſtro locum habent, ad revellendos humores & educendos.

Rx. *rad. alib. belen. lil. albor. a. ʒß.*
herb. rut. marrub. ſænic. chæref. chamom. ruſſil. a. mß.
ſem. anis. ſænic. a. ʒj. caric. ping. n. vij.
Coq. in ſ. q. ʃ ſimpl. Colat. Rx. ʃßj.
caſſ. pro clyſter. elect. cathol. a. ʒß.
ʃ rut. aneth. a. ʒiij. ʃ gemm. ʒj. vitell. ovor. nj.
M. F. l. a. Clyſter, qui tepidè injiciatur.

Ad removendam causam in præcordiis hærentem laudari etiam merentur VOMITORIA, ob præsentaneam opem, quam sæpe attulerunt. Conducunt eadem facile in nostro agro, cum malum hocce ab erroribus diætæ ortum sit, unde cruditates in ventriculo adhuc hærent, quæ ut educantur, commendamus sequentia.

℞. $\overline{\text{P}}$ riemet. gr. iij. hepat. rubr. Dresd. 3℞.
 \odot fænicul. gt. j. M. F. l. a. pulv. S.
 Brechpülverlein auff 1 mal.

℞. ∇ e bened. Ruland. 3j. coagul. asar. gr. x.
 sirup. de peto 3℞. M. F. haustus.

SUDORIFERA cum serum viscidum incidant & corrigant, poros cutis aperiant, & $\sigma\upsilon\omicron\upsilon\upsilon$ ac grumescentiam sanguinis egregiè tollant, adeoque massam sanguineam in motum ordinatum cieant, principem in tollendo affectu obtinent inter universalia sine dubio locum.

℞. Ræ bezoard. 3℞. essent. succin. 3℞.
 \ominus *ci anis. 3℞. essent. anod. gtt. vj.
 M. D. in vitr. S. Zertheilende essenz
 auff etliche mal.

℞. Ræ bezorad. 3ij. \sim us $\overline{\text{P}}$ ri 3j.
 liquor. C. C. succin. 3℞.
 M. D. in vitr. S. Schweiß treibende Mixture.

℞. $\overline{\text{S}}$ ii diaph. gr. xv. C. C. philosoph. cinnabar. nat. a. 3℞.
 \ominus vol. succin. gr. iv. M. F. l. a. pulv. S.
 Schweißpülverlein auff 1 mal.

DIURETICA, cum non solum superfluos humores per vias urinarias educant, sed & serum viscidum & coagulatum fluxile reddant, suum etiam conferent, $\sigma\mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\lambda\alpha\varsigma$ $\mu\epsilon\gamma\epsilon\gamma\alpha\lambda\lambda\alpha\varsigma$.

℞. lap.

- Rx. lap. S ij . O juniper. succin. vol. a. gr. iv .
M. F. l. a. pulv. S. Resolvirend Pulver.
- Rx. essent. succin. R. e silic. Glauber. a . 3j .
M. S. öffnende Fluß-Mixtur.
- Rx. clyff. Oii Arat . a Oliis dulc . a. 3j .
R. e viol. 3ij . M. D. in Vitr. S. Uteric-Tinctur.

Sequuntur nunc RESOLVENTIA & DISSIPANTIA,
ut lymphæ & consequenter sanguis stagnans, grumescens,
& in coagulum abiens resolvatur, attenuetur & ad motum
disponatur. Hæc ipsa ALTERANTIUM SPECIFICORUM
titulum sibi vendicant merito, quibus si jungantur ro-
borantia viscerum præsidia, optimè res expediri potest.

- Rx. sperm. ceti 3j . flor. Ar . myrrh. 3B .
lap. S ppt. Oii diaph. a. ij .
cinnab. nat. 3B . O succin. anis. a. gtt. j .
M. F. l. a. pulv. S. Brust-Pulverlein.
- Rx. rad. ari ppt. 3j . sperm. ceti, cinnabar. nat. a. 3B .
 Oii Oliis cachect . ij . bals. Aris anis. gtt. iiij .
M. F. l. a. pulv. S. Brust-Pulver auff etliche mal.
- Rx. tinctura bez. elix. pectoral. a. 3j .
essent. succin. a Ois xci anis . a. 3B .
M. D. in Vitr. S. Brust-Mixtur.
- Rx. bals. A anis. ol. bezoard. a. 3B .
M. D. in vitr. S. Herß-und Brust-Balsam.
- Rx. aquæ cerefol. 3iB . byssop. scabios. russilag. a. 3j .
astomat. Rud. 3B . oxymel. squillit. 3ij .
 a Oliis xci anis . ij . elix. pectoral. 3j .
fir. byssop. 3vj . M. F. l. a. Potio. S.
Brust-und Lufft-Träncklein.

ERRHINA & PTARMICA etiam in hoc casu lau-

dari possunt, ut partim in viâ lympham corrigant & roborant archeum, partim subtili suâ *ἀναρρηκτικῇ* immediatè ad pulmones lata eandem incidant, & dilatent sic magis vias. Faciant huc *spec. diatabaci, diamaioran. Myns. ~us* \ominus *ci simplex & cum *ol. ruta, majorana, succini* &c. oleosus redditus vinosus. Tacemus MASTICATORIA ipsa, ad feri motum promovendum aptissima, ex mastiche granulata, globulis masticator. *Lauremb.* &c.

Nec indicta sunt dimittenda GARGARISMATA & injectiones per siphonem, ex decoctis pectoralibus & emollientibus usitatis parata. Et sic enim viscida pituita exstimulari poscit, ut infarctu illo suo liberetur lymphæ.

EXTERIUS quoq; ea adhiberi possunt, quæ diver-tendo, revellendo, resolvendoq; vel suspendunt quasi corriguntve lympham, vel sequaciorem reddunt. Ita bregmati succinum album cum fermento solet applicari, non sine successu; pectori illiniri *unguentum rubrum potabile*, (quod & interius cum jusculis proderit,) *pectorale*, aliaque his remixta, ut olea *Œta anisi, fœniculi, succin. ligni rhod.* Tacemus plantis pedum affricanda, suffitus & alia, aliunde facilè huc mutuanda.

DIÆTA tandem his omnibus succedit, quam æger noster sedulò observare tenetur.

IN VITALI suademus AEREM purum, temperatum, nullis vitiosis vaporibus contaminatum, ad ficcitatem magis quàm humiditatem inclinantem, liberum in paroxysmo, non nimis calidum.

IN NATURALI CIBI sint boni succi, facilis coctionis; vitentur crassi, frigidi, acres, falsi, acidi. Potus sit cerevisia probè defecata. Vinum modicè assumatur.

Quoad ANIMALEM, SOMNO non indulgeat. Motus sit moderatus. ANIMI PATHEMATA graviora absint.

ALVUS quotidie suo respondeat officio. Nec externa reliqua, ad præsentis medici directionem, negligantur.

Eripere



Ripere ex mortis qui novit faucibus æ-
grum,
magnum meretur laudis & famæ de-
cus.

Hactenus haud unum specimen Te prædicat artis,
hinc imbre largo plura dictis affluent.

Summus honor præsto est, murex mox tempora
cinget ;

hygæa reliquum, seu potius addet Deus.

Nobil. Dn. Doctorando

*de acquisitâ in arte peritiâ, de hono-
ribus summis, quos capeffit & præ-
miis pietatis invidendis gratulor*

P R Æ S E S.

E Xtollant Tua cæpta alii, te laudibus ornent
condignis, addo : nil opus est hederâ.
volante calamo adpos.

cum voto sincero

Rudolfus Wilhelmus Craufius, D.P.P.

I Nteritum vitæ fert SUFFOCATIO certum,
Arcere hanc igitur non levis artis opus.

*Nobiliss. & Experientissimo Dn. SCHVMANNO,
dissertatione Inaugurali CATARRHI SUFF-
FOCATIVI rationem exponenti, gratula-
tur paucâ hæc scribeb.*

Caspar Polner, natural. Prof. Publ.

Viderat

Viderat egregias infesta **MACHAONIS** artes
 Persephone, Patria Urbs quem Regioque colit.
 Insuper infausto quæ damna immania regno
 IPSIUS intulerit, senserat, alma **MANUS**.
 Denique quod docto *de Suffocante Catarrho*,
 Ut luci exposuit, disserat ore, videt:
 Tantum qui nocuit mihi tempore, territa dixit,
 Tantillò, nostrum diruet imperium.
 Non nisi decrepitos nostras detrudet ad ædes
 Posthàc, (nec facile hos,) Atropos atra Senes.
 Ridebunt Juvenes, Pueri innuptæque Puellæ
 Nostra Salutiferâ *hâc Preside* sceptrâ *Manu*.
 Paucior heu! rapidò pars suffocata catarrhò,
 Quàm tenus hâc, stygias adproperabit aquas.
 Heu mihi! quòd variâ morbus medicabilis arte
 Nunc est; nec fugit *hunc* vis Ivis ulla **VIRUM**!
 Dixerat: ac tristem fugit indignata sub orcum;
 Et nisi vana sine est viribus ira super.
 De tantò meritò vicina **MACHAONE** Tellus
 Gaudet, & exclamat Patria; vivat iò!
 Vivat iò cultus multò mihi nomine, dico,
 FAUTOR: & ingemino: vivat **AMICUS** iò!

NOBILISSIMO atque **EXPERIENTISSIMO**

*Dn. Doctorando, Physico ac Medico Neostad.
 & Sax. Præfecturarum Arnshauk & Zü-
 genrück Ord. quàm felicissimo, Fautori
 atque Amico suo intimo atque estimatissi-
 mo ex t. & d. g. x. p. u. a. L. M. Q. scrib.
 Neost. ad Orlam d. 6. Jul. Anno 1686.*

M. David Wendler / Scholæ Patriæ
 ibid. h. t. Rector,

F I N I S.